

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4903

Auteur(s) : Mathilde Goce [particulier]

Bénéficiaire(s) : Pont-de-l'Arche, Notre-Dame de Bonport (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1259, décembre

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Matilde Goce vend aux religieux de Bonport 4 sous tournois de rente.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Andrieux Jules, *Cartulaire de l'abbaye royale de Notre-Dame de Bon-Port de l'ordre de Cîteaux au diocèse d'Évreux*, Évreux, Hérissey, 1862, n° CCXXXVII, p. 241-242.

Texte établi d'après a

Noverint universi, presentes litteras inspecturi, quod ego Matildis Goce vendidi et concessi et omnino dereliqui abbati et conventui Beate Marie Boni Portus quatuor solidos turonensium, annui redditus, videlicet ad festum Sancti Michaelis persolvendos, sitos super masnagium meum, scilicet inter masnagium Gilleberti Florie, ex una parte, et masnagium Nicholai Polain, ex altera, aboutizans ad vicum de cheminio, ex una parte, et vineam Maci, ex altera, videlicet ad faciendam pitanciam de dictis quatuor solidis cum aliis, dictis religiosis Boni Portus, in die obitus magistri Hylarii, tunc temporis rectoris ecclesie Beati Audoeni de Lereio, qui dictum redditum comparavit : tenendos et habendos et jure hereditario possidendos dictos quatuor solidos dictis religiosis de me et meis heredibus, annuatim ad predictum festum persolvendos, libere, quiete et pacifice, absque ulla reclamatione, contradictione, seu impedimento de cetero, mei vel heredum meorum. Ita tamen quod dicti religiosi suam, ex nunc, de predicto redditu facere poterunt omnimodam voluntatem. Et licebit dictis religiosis pro dicto redditu, si necesse fuerit, super totum masnagium meum et super totum tenementum meum, ubicumque fuerit, tam ad villam quam ad campos, plenariam facere justiciam, nisi dictus redditus ad predictum terminum fuerit persolutus. Pro hac autem venditione et concessione dicti religiosi michi dederunt pre manibus XXX. solidos turonensium, de quibus me teneo penitus pro pagato. Et ego Matildis Goce et heredes mei dictis religiosis dictum annum redditum in perpetuum tenemur garantizare, vel valorem ad valorem in propria hereditate nostra, si necesse fuerit, excambiare, si dictum redditum, aliquo casu contingente, nequiverimus garantizare. Et ut hoc sit firmum et stabile, presenti carta sigilli mei munimine roboravi.

Datum anno M° CC° quinquagesimo nono, mense decembbris.

Testibus his : Roberto Gargate ; Willelmo Bertin ; Symone Race ; Stephano Legreu ; Johanne Auberi ; Thoma Legreu, clericu ; Radulfo de Bosco Cabot.